

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Rector Academiæ Gryphiswaldensis Timotheus  
Lütkemann, S. S. Theol. D. Ejusdemque Profess. Prim.  
Universit. Pro-Cancellarius Eccles. Per Pomer. Et Rug.  
Superint. Gener. Facult. Theol. H. T. Decanus. ...**

**Lütkemann, Timotheus**


**Gryphiswaldiæ, [MDCCXXXVI?]**

**VD18 13129694**

Titelblatt

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17334**

R E C T O R  
 ACADEMIÆ GRYPHISWALDENSIS  
**TIMOTHEUS LÜTKEMANN,**  
 S. S. THEOL. D. EJUSDEMQUE PROFESS. PRIM. UNIVER-  
 SIT. PRO-CANCELLARIUS ECCLES. PER POMER. ET RUG. SU-  
 PERINT. GENER. FACULT. THEOL. H. T. DECANUS.  
 AD  
 D I E M  
**MICHAËLI ARCHAN-  
 GELO SACRUM**  
**ANNIVERSARIO**  
**MORE**  
 PIA AC DEVOTA MENTE CELEBRANDUM  
**CIVES ACADEMICOS**  
 PERAMANTER AC SIMUL PATERNE  
 HORTATUR.




G R Y P H I S W A L D I Æ,  
 EX OFFICINA CAROLI HOEPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR.

*De... ..*







B.I.G.

Farbkarte #13

Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black







Iam solemnemque festorum dierum celebrationem ritè peragenda esse, sedulò semper inculcavit Ecclesia, & Christiana confirmavit pietas. Neque aliter statuerunt Synodi Ticinensis Patres, (a) ut per singulas dioceses eas solemnitates populus observare studeat, quas istarum Præsules, vel Sacerdotes religiosè coli voluerint, ita ut neque illas temerariò ausu negligerent, neque inani quâdam persuasione ducti eas celebrent, quæ nequaquam sunt celebrandæ. Quam constitutionem & nostræ Ecclesiæ Doctores, unanimi consensu approbarunt, disertisque pronuntiarunt verbis, (b) ritus illos, qui sine offendiculo citraque superstitionem servari possunt, certas nempe ferias, festos dies & similia, boni ordinis & tranquillitatis causa, in Ecclesia esse retinenda. Nihil igitur à pietate nostra alienum fecerimus, si & hæc solemnia piè riteque quotannis celebremus. Nam si sanctorum hominum memoriam tantâ reverentia prosequimur (c) quis non intelligit, quam justæ sibi rationes, & quanta sit necessitas, ut hujus diei, cœlestibus Geniis sacri dicatique officium religiosius perficiatur? Hi enim, ut loquitur Augustinus, (d) *DEO semper adstant, DEI domestici sunt, Cœli Cives, Principes Paradisi, scientia Magistri, Doctores sapientiæ, illuminatores animarum, custodes eorum corporum, zelatores & defensores honorum. Sunt sanctissimi Spiritus, qui nobis dormientibus adsunt custodes, nobis orantibus adsunt tripudiantes.* His autem cum nostrorum omnium curam tutelamque mandaverit Omnipotens (e) quantum id animis nostris ingenerare debet venerationem, religionem, atque fiduciam: *venerationem pro præsentia, religionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia.* (f) Quare fidei nostræ convenit, pietatisque interest,

(a) In Rescript Consultat. s. exhortat. ad Ludov. Imperat. apud Sagitt. collect. can. 400. (b) Aug. Conf. artic. 15. pag. 13. artic. 7. Abus. pag. 42. (c) Artic. 21. pag. 19. (d) Serm. 46. Tom. 10. p. 1380. (e) Ps. 91. v. 11. & 12. [f] Bernb. Serm. 12. in Ps. pag. 313.